Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



laycus monachus imperator imperatrix fiscus et collegium ecclesiasticum et omnis persona qui
non prohibetur auri institui. Sunt autem persone prohibite institui et deportatus propter
delictum in aliquam in sua imperpetuum. Item damnatus in metallum vel quia servus
est pene. Item hereticus vel qui sanctum crisma iteravit et apostolorum et collegia illicita.
Et dicitur collegium illicitum quod a principe quod a senatu non est approbatum. Item non potest
institui nati ex damnato coitu. Item non potest institui mulieres que quolibet ad
secundas nuptias que cum essent illicite non possunt ab alia mulere institui. Item non
quod potest heres institui in solidum. Item potest institui pro parte ut puta dimidia tertia
vel quarta. Et non quod si unus est institutus heres in re certa vel alius in universo
ille qui in re certa institutus est loco legatorum habetur etc.

De substitutionibus et eorum divisionibus.

360. Substitutio est secunda condicionalis institutio que institutio dicitur primus gradus
statutorum et institutio secundus. Et licet substitutiones de uno in alium infinitum
possint procedere, quelibet substitutio dicitur secundus gradus sicut secunde nuptie di-
cuntur omnes qui sequuntur primas. Substitutionum alia directa alia indirecta vel
obliqua seu ex fideicommissaria. Directa est illa per quas quidem capit hereditatem
mediante alia persona ut in hoc exemplo. Institutio d. meum heredem. Sed rogo
eum per fideicommissum in hereditatem ipsam restitutione comode. Substitutionum autem
directarum alia vulgaris alia pupillaris alia exemplaris alia compendiosa alia
breviloquia sive recipta. Vulgaris directa subdividitur quia alia expressa alia
tacita. Expressa vulgaris fit ex verbis negativis dum ita dicit testator. Institutio
in heredem dominicum et si dominicus noluerit vel non potuerit heres esse sit Conradus.
Tacita vulgaris fit sine adiectione vel verbis affirmativis hoc modo. Constitutio in
heredem dominicum et Conradum et eos substitutio in hac substitutione colligitur
quod si unus non fuerit heres alius in solidum fit et si unus moriatur alius in solidum
fit heres. Et dicitur vulgaris quia sit a quolibet de vulgo i. de populo et cuiuslibet de vul-
go sive sit in potestate sive non.

Effectus autem vulgaris substitutionis tacite vel expresse est talis ut substituens di-
cere sit heres testatoris adeo ut substitutus capiat cum bona testatoris et
non heredem et ex hoc quia non vult non potest se heres. Expirat autem vulgaris sub-
stitutio addita hereditate ex testamento vel ab intestato. Nam tamen si a non erit
heres meus B. fit heres. Apparet quod si a. fit heres nisi condicione deficiente. Pu-
pillaris substitutio est que fit pupillo vel pupille et subdividitur quia alia
expressa alia tacita. Expressa pupillaris fit hoc modo. Institutio dominicum filium meum
in heredem et si ipse decesserit in pupillari etate substituo ei Conradum. Taci-
ta pupillaris est hoc quisquis heres erit michi heres sic et filio meo. Per hoc
tacite intelligitur quod si filius decesserit in pupillari etate ille qui heres erit
patri erit heres filio. Et dicuntur iste pupillaris substitutionis quia sol pupillus
in potestate patrum existentis ab ipsis patribus fuit per quod evidenter apparet quia non a iure
sed a solo patre fuit cum iure nullum habeant a potestate sua. Et non quod substitutus
ex pupillari expressa repellit matrem pupilli substitutus ex pupillari tacita
repellitur a matre pupilli et succedit ipsi pupillo iure. Item non quod ille qui
est substitutus ex pupillari substitutus fit heres ipsi pupillo matri. Ille vero qui
est substitutus ex vulgari fit heres ipsi testatori. Exemplaris substitutio